

*Enea Silvio Piccolomini an NvK. Er erklärt den Aufschub des Plans nach Italien zurückzukehren mit dem Wunsch Ks. Friedrichs III., er solle am Regensburger Reichstag teilnehmen, und mit Kriegswirren in der Toskana. Er empfiehlt seinen alten Freund Leonhard von Velseck, der zu NvK unterwegs sei.*

*Kopie (gleichzeitig): ROM, BAV, Ottob. lat. 347 f. 141<sup>v</sup>; ebd., Vat. lat. 1787 f. 175<sup>r</sup>; ebd. Urb. lat. 401 f. 182<sup>r</sup>;*

*FLORENZ, Bibl. Medicea Laurenziana, Plut. 54.19 f. 99<sup>r</sup>.*

*Druck: Wölke, Briefwechsel III 1, 446; RTA XIX 1, 126 Nr. 17,18 (Auszug).*

Eneas, episcopus Senensis, Nicolao, sancti Petri cardinali, s(alutem) p(lurimam) dicit.

Mirabimini, cum me his in locis remansisse audietis, qui totiens repatriaturum me dixi.<sup>1)</sup> Sed tenuit me cesar pridem in facto Prutenorum<sup>2)</sup>, nunc in facto Turchorum ad conventum Ratisponensem<sup>3)</sup> manere iubet neque ego invitatus pareo, dum patriam meam adhuc bellis ardentem intelligo. Sperabam nostros Italos non esse ita amentes, ut, dum foris impugnantur, intus sese concuterent. Referunt, qui ex Italia 5 veniunt, odia gentis in dies crescere, rapinas et incendia ubique per Tusciam fieri neque Romani pontificis suasiones adverti. Scio quam mihi periculosum est, dum bella vigent, Senis morari; expectabo igitur, quid vesper vehat, in conventu Ratisponensi, ut spero, dignationem vestram visurus. Nobilis eques Leonardus Felseker<sup>4)</sup>, amicus meus antiquus, multa de dignatione vestra mecum locutus est, que audivi 10 libenti animo. Ait se totum esse vestrum; eum quamvis ob suas virtutes amatis, cupio etiam meo intuitu dilectiorem haberi. Que sunt apud nos novitates, ex ipso melius quam meis litteris cognoscetis. Valeat feliciter dignatio vestra meque ut servulum habeat commendatum. Ex Nova civitate die 15. februarii 1454.

1) S.o. Nr. 3759.

2) Zu den Verhandlungen über den Preussischen Bund s.o. Nr. 3759.

3) Der Regensburger Reichstag war auf den 23. April 1454 einberufen worden; s.o. Nr. 3786; RTA XIX 1, 108-110 Nr. 14.

4) Leonhard von Velseck, Ritter und Hauptmann zu Bruneck; s.o. Nr. 2941 Anm. 4. Er übernahm in mehrfacher Hinsicht eine Vermittlerrolle. Als Brunecker Hauptmann war er der wichtigste Repräsentant des NvK im Pustertal, übernahm aber 1451 und 1453 auch für Hzg. Sigismund Gesandtschaften nach Frankreich (s. Baum, Sigismund der Münzreiche 112f.). Im September 1454 trat er als Anwalt des Grafen von Görz auf (INNSBRUCK, TLA, Sigm. II b/212; s. künftig AC II 3 zum Datum 1454 September 24). Als Bruder der Sonnenburger Dechantin Afra von Velseck, welche ihrerseits mehrfach die Annäherung an NvK suchte und auf Distanz zu Äbtissin Verena ging, kam ihm auch eine Schlüsselrolle im Sonnenburger Streit zu. Seine Beziehungen zu Enea Silvio und zum Kaiserhof wären näher zu untersuchen; vgl. vorerst Heinig, Friedrich III. I 299 Anm. 698.